

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Rapum. Sol.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A L L I U M.  
M I L I T I A. C A P. VI.

*Allium &  
cæpē cibū  
militaria*

Vnum tantum ex allio hieroglyphicum inveni, ut per id militiam intelligamus, propterea quod & allium & cæpē cibū esse militarem constat. Atq; hinc proverbium apud Suidam, Neque illū, neq; fabas estandas iis, qui tranquillum sibi vitā statum proposuere: per summotum allium bellic negotia dimittenda, per fabas civilia non attingenda; qua latius in Fabæ Cōmentario explicatum. Sed quod ad militarem cibum atinet, Aristophanes, Equitibus, milites memorat, quicōmpulsimē capis naves insecedissent. Et eborus jam ante a Allantopolam incitans, dixerat: *Vt in alliatu bruse magis pugner.* Neq; rem tantum bellicam adjuvat allium, sed rusticæ etiam opem afferat. Siquidem, ut Africanus ait, oleum in quo allium contritum fuerit, mire prodest viribus eo obunctis, ne pediculis gignant, & absq; oleo tritum oblitumq; arborum truncis, ne ab cruciis infestentur, opinatur.

R A P U M.  
S O L. C A P. VII.

**A** pud Ægyptios sacerdotes veluti cæpē Lunæ, ita rapum Solis erat hieroglyphicum, nominibus que alterum, & alterum suis dedicabantur: corpus enim rapi solidum immutabilem Solis effigiem referunt: veluti cæpē, ut dicebamus, multipliciter illa tam multiformis tunicarum, Lunæ varietates ostendit. Sane authores sunt, rapum è plumbo dicatum olim fuisse in templo Apollinis Dæphitic, quod Phœbei corporis soliditatem ostenderet.

F U N G U S. C A P. VIII.

**E**t fungus nescio quid sapit hieroglyphicum, qui tametsi apud Ægyptios quos sequimur, nulquæ apparet, apud Græcos tamen & Latinos non illeido celebratur significato.

R E P E N T E Q U I D E T I N S P E R A T O F A C T U M. C A P. IX.

**N**am id præcipuum fuit: estq; adhuc apud omnes hieroglyphicum fungi, ut quotiens novi aliquid præter expectationem repente factum apparuerit. Fungum id dicemus. Poëtas quippe Funginos. Oratores, Historicos, Philosophos, Jurisconsultos, unius tridui studio autoritatem adeptos, & quæ plurima sub Leone X. Pont. Max. miracula vidimus, nocte una præstantes aliquot, tanquam in Parnasso somnia sent, haberi cœptos, eoq; processum temeritatis, ut ex iis nonnulli milites euanisi compararent, qui non applaudentibus mortem minitarentur.

*Quin & av  
se eduntur  
quolibet &  
pore fungi.  
Matthes. 5.  
Dieſe. li. 4.  
c. 78.*

*At rerum natura parens nil edere magnum.  
Speciedundumque solet, longo nisi tempore adultum.  
Ipſa etiam majora suos animalia partus  
Iussa diu gestare: decem bos Luca per annos  
Parturit, ingentem prolem partitura, utenique  
Dentis ebur, decora ampla virium, decora ampla Deorum.*

*Iffibitum Sed ut ad fungos revertantur, proverbium est, quod de re subitaria & insperata fertur in primis, no-  
in Trajano &c una fungum nasci. Quare apud Dionem legas, Trajani vita, fungum quendam magnum in De-  
ex Diana. balis castris à barbaris circumlatum, Latinis etiam literis inscriptum. Literas non ponit author sed ex  
Haec ad uir- liss quæ subsecuta sunt, manifeste percipitur, admonitionis aliquid id fuisse, cavendum scilicet Tra-  
biu. à Pare- no, he serant istamq; ferociibus copiis committeret: repente enim oriri solere, quod nemo unus uni-  
nusq; Chil. quam expectasset. Quod ut existimem id admonet, quod in exercitu vociferationes etiam exaudi-  
4 cent. 10. 4 cent. 10. 35 & Chil. bantur à brutis præcipue, atq; aliis gentibus cum Romanis societate cunjunctis, Trajanum ad pacem  
4 cent. 10. hottantibus, & ut lalyis rebus resto domum abiret admonentibus.*

FATUL